

UNITÀ 9

VERSIONE 13

[Indicativo piuccheperfetto; proposizione temporale; IV declinazione]

Un «miracolo» di Apollo ferma Brenno, re dei Galli

Narra la leggenda che Brenno, il re dei Galli che aveva messo in pericolo la sopravvivenza di Roma, passato in Grecia, abbia cercato di saccheggiare il tempio di Apollo a Delfi, ma sia stato sbaragliato dal dio.

Brennus, Gallorum dux, postquam Italiam invasērat atque Romam obsedērat, cum copiis suis Adriaticum mare transiit atque in Graeciam pervēnit. Ibi arma in Delphorum templum convertit, cupidus diripiendi (= «di saccheggiare») Apollinis templum, ubi magnae divitiae erant. Deus autem non solum templum suum, sed etiam omnia sacra aedificia urbemque ita servavit. Cum Brennus cum militibus suis Delphos adiit, Delphorum incolae arma ad urbis defensionem cepērunt. Repente templi antistes in medios cives procubuit atque exclamavit: «Apollo nobiscum (= «con noi») est, cives, et nos (acc. = «noi», «ci») adiuvabit; nam eius sagittarum strepitum audivi». Dum antistes haec (acc. n. plur. = «queste») verba dicit, etiam Galli dei praesentiam sensērunt: propter terrae motum enim montis pars magno cum strepitu corruit et multos milites oppressit. Brennus caedis dolorem non tulit ac pugione vitam finivit. Alter dux cum reliquis militibus e Graecia excessit atque in Galliam rediit.

VERSIONE 14

[Proposizione causale; IV e V declinazione; pronome relativo]

Lelio ricorda l'amico Scipione

Lelio, meditando sulla morte dell'amico Scipione, rievoca la comunità di vita e di interessi, e afferma che il suo ricordo non si estinguerà mai.

Quoniam res humanae fragiles caducaeque sunt, semper amicos quaerere debemus. Sine amicitia benivolentiaque omnis iucunditas a vita aufertur. De vita decessit Scipio sed mihi (dat. = «per me») Scipio vivit semperque vivet: perpetua enim erit eius virtutis fideique memoria. Equidem omnium rerum, quas mihi (dat. = «a me») aut fortuna aut natura tribuit, nihil (acc. = «niente») cum Scipionis amicitia possum (= «posso») comparare. Communis erat domus, communis victus; neque solum militia, sed etiam peregrinationes rusticationesque communes erant. In philosophiae litterarumque studiis, remoti ab oculis populi, omne otiosum tempus contrivimus. Vespere in conviviis de multis variisque rebus disserebamus. Harum (gen. f. plur. = «di queste») rerum recordatio extincta non est, sed alitur cogitatione et memoriā meā.